



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

III. Non solum in altera vita, verum etiam in hac, pauperes spiritu  
remuneratur Deus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

## CAPUT III.

*Non solum in altera vita, verum etiam in hac pauperes spiritu remuneratur Deus.*

**N**E vero existimes præmium totum in alteram vitam tibi referari, solutionemque nonnisi ad creditum, & post longum tempus soluendam tibi assignari, cum tamen tu prompta pecunia emas; non in altera vita solum, sed & in hac pauperes spiritu à Deo remunerari solere, & quidem magno cum prouentu, & quam amplissime. Nam, quia nos homines ita proprium lucrum spectamus, & commodo visibili & præsenti adeo mouemur, ut, nisi ipsum appereat, animo cadere auctuanguere videcamur; propterea tenuitati insitum in nostræ Domini condescendit, & ne quidem in hac vita eos, qui omnibus propter nomen eius renuntiant, carere præmio voluit: vnde post priorem spōsitionem illico subnecit: *Et omnis quis reliquerit dominum vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet & vitam eternam posse habet.* Centu*rum* porro quod accipiet, tam de acceptione in hac vita, quam de altera futu*rum* danda intelligendum est. Ita namque id ipsemēt Dominus apud S. Marcum declarat: *Accipies, inquit, centies tantum nunc in tempore hoc, & in seculo futuro vitam eternam.* Quod propter Christi paupertatem vitroneam assūmpseris, non modo postea vitæ perpetuae præmium & coronam, verum etiam in hac vita centuplum recipies.

*S. Hieronymus vero illud centies tantum, de bonis spiritualibus intelligi debet vult: Qui carnalia pro Salvatore dimi-*

*serit spiritualia recipier, quia comparatio. Centuplne & merito sui ita erunt, quasi si paruo in bono numero centu*rum* numerus comparetur. In collaterioribus declarat, aitque nos Religiosos vlt ab aliis etiam quoad illa centuplum in hac vita Abram recipere, vti colligere est è verbis, quæ co*ntin* 16. loco statim S. Marcus subiungit. Quodad Etsam litteram adimpleri nimis quam manifeste exterrit, videmus; quin & quotidie ipsum dicimus patrui ac promittimus iis, qui de nouo ad Religionem accedunt: Reliquisti domum vnam genit. propter Christum, iam tot & alias eius loca habess; omnes quippe domus totius Or. In patria dinis tuae sunt, quia eas tibi Deus in hac fratre*m* vita pro una quam reliquisti, attribuit. Vnum patrem & matrem reliquisti, & eorum loco tot tibi Deus dat patres, qui sane maiori in te amore feruntur, quam illi quos deseruisti, magisque de te solliciti sunt, & magis ea quæ ad bonum tuum spestant, procurant. Fratres tuos reliquisti, & iam multos nouos hic fratres inuenis, qui magiste diligunt quam illi, qui a te in Deo & propter Deum, sine ullo ad proprium commodum intuitu amant mundanum. Et frates, non nisi proprij commodi & cœlitatis causa diligunt, & caritatem, quando opera tua opus habent. Seruos aliquot Quid fratres, & forte etiam nullos habebas: tres, tri*nt* sequantur, alius quippe obsonatoris, alius habet dispensatoris, alius coqui, alius refectorij, alius denique tibi infirmari officium praestat; & quod maius est: si in Castellan, Lusitaniam, Galliam, Italiam, Germaniam, Indias utrasque, aut in aliam quamcumque mundi regionem abeas, tibi dominum paratam inuenies, necnon eos qui hæc tibi officia certo præstent, & qui eadem tibi cura & diligentia ministrabunt, vt nullus sit in terra Princeps, qui ruit late patens, & ita obsequens famulitum habeat. An non hoc est centies tantum in hac vita, & plusquam centies in altera accipere?*

*Quid porro de his ipsis rebus dicam quas reliquisti? Etsam quoad has plus multo hic habes, quam in mundo, & centuplo amplius,*

*Matth. 19. 29.*

*Centuplum accipiet & vitam eternam posse habet. Centu*rum* porro quod accipiet, tam de acceptione in hac vita, quam de altera futu*rum* danda intelligendum est. Ita namque id ipsemēt Dominus apud S. Marcum declarat: Accipies, inquit, centies tantum nunc in tempore hoc, & in seculo futuro vitam eternam.*

*Luc. 18. 30.*

*Quod propter Christi paupertatem vitroneam assūmpseris, non modo postea vitæ perpetuae præmium & coronam, verum etiam in hac vita centuplum recipies.*

*S. Hieronymus vero illud centies tantum, de bonis spiritualibus intelligi debet vult: Qui carnalia pro Salvatore dimi-*

amplius, quam propter Deum in hac vita reliquisti: quia habes hæc omnia, & magis rerum & opum mundanarum Dominus & possessor es, quam ipsimet diuites: quia non ipsi facultatum & diuinarum suarum Domini sunt, sed tu; quippe earum serui sunt & mancipia. Hinc sacra scriptura eos vocat viros diuitiarum: non ait diuitias virorum, sed vice versa: viros diuitiarum ut ostendat diuitias ipsis dominari: ipsæ enim præcipiunt, mandant, imperant, hi vero serui & mancipia earum sunt: quia ille obsequenter servuntur, & illarum causa laborant, cum in eis comparandis, tum in amplificandis, tum in conseruandis; & quo maiores opes & possessiones habent, coilius ancillantur, magisque sunt serui, maiore quippe eos propterea opus est cura intendere, & labore intenso adhibere. Unde Sapiens, *Satiritas diuitiis non sinit eum dormire;* in molli enim lecto noctu se versat, & reuersat, quia diuitiae & opes ei somnum eripiunt. At Religiosi, quam sine omni cura & labore, & non curando a caro, a vilis sit annona, a felix, a vero tenuis eius fuerit prouetus, omnia nihilominus habent. *Tamquam nihil habentes,* & omnia possidentes, ait Apostolus. Ita sine omni prouerbi cura & molestia vivunt, quasi quin nihil habent, & nihilominus in hac securitate & incuria nihil ipsis decet, sed habent omnia. Quid vero dicam de gaudio? Næ centuplo isthi maius habemus, quam in seculo habebamus. Id si credere nobis, interroga mundanos, & quidem eos qui inter eos sunt felicissimi, & videbis quibusnam ad singula propria momenta molestiis & amaritudinibus anguntur: à quibus nos Religiosi prouersimus fures. Quid de honore? Centuplo maiorem in Religione habes, quam in seculo habebas: quia virtu illustres, Principes, Prelati, qui, si in mundo mansisset, nullum tibi honorem detulissent, imo ne quidem aspicere voluissent, cum hic te in detrito laceroque habitu vident, magno te honore prosequuntur, & officiose colunt. Quid denique de quiete & tranquillitate? Profecto

omnimodis centuplo magis nobis in Religione dat Deus.

Quo spectant cuncta hæc? Nostis quo? Ut ab omnibus mundi rebus expediti & liberi, easque parum curantes, cor nostrum ad celestia sustollamus, ut, quam in rebus mundanis procurandis, iisque quæ ad corporis sustentationem necessaria sunt conquerendis, diligentiam adhibere debebamus, eam in magis placendo Deo, & ut quotidie in virtute & perfectione crescamus, adhibere satagamus, secundum illud, quod de filiis Israel Propheta ait, *Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.* Idem quod per Ezechiel Prophetam D E V S significat, de sacerdotibus suis loquens: *Non eritis haereditatem, ego haereditas eorum;* *Ezech. 44. 18.* *& possessionem non dabitis eis in Israel: ego enim possessionem eorum.* Propterea itaque nostris ipsis haereditatibus & possessionibus ditas parrenuntiamus, quia Deus nostra esse haereditas & possessor vult. Beata ergo Religiosi, quod talis ipsis haereditas & possessione obtigit; *Funes teciderunt mihi in praetextis: etenim haereditatem meam praetexta est mihi.* Haereditatis nostraræ fors & portio in meliore & feliciore parte obuenit, quia fratribus nostris contigit terra, celum nobis. *Dominus pars haereditatis mea, & fors Psal. 15. 9.* *mea. Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum.* Dicebat itaque S. Franciscus, *Paupertas paupertatem, celestem quandam & diuinam virtutem esse:* per illam namque *Virtus S. omnia terræ huius bona despiciuntur & Franciscus.* pedibus proculcantur, omniaque impedimenta & tricæ tolluntur, ut anima ab omni eo, quod mundi est, expedita & soluta, liberius & sine villo obstaculo cœlestibus duntaxat intendere, Deoque se unire & coniungere queat.

•S) O(S•

M C A